1558 1557 26.

FACVLTATES

REVERENDISSIMO DOmino, D. Antonio tituli ſanctorum Ioannis & Pauli presbytero Cardinali, Triuultio nuncupato, in regno Franciæ Legato à latere per ſanctiſsimum Dominum noſtrum. D. Paulum Papam IIII. conceſſæ.

Et per M. Germanum de Magdalena, literarum apoſtolicarum, eiuſdem Legationis ſcriptorem pro tertio ad prothotypum recognitæ.

Cum priuilegio.

PARISIIS,

Veneunt ad Palatium Regium, via qua itur ad Cancellariam.

1558.

THE NEWBERRY
LIBRARY

Case
F
39
.326

1558c

8-1127

PAVLVS EPISCOPVS, SERVVS ſeruorum Dei, dilecto filio Antonio tituli Sanctorum Ioannis & Pauli presbytero Cardinali Triuultio nũ- Salutatio.
cupato ad clariſsimũ in Chriſto filium noſtrum Henricum Francorum Regem Chriſtianiſsimum, & totũ regnum Franciæ, ac vniuerſas prouincias, ciuitates & terras eidẽ Henrico Regi quomodolibet ſubiectas, ac quæcunque alia loca ad quæ eũ declinare contigerit noſtro & Apoſtolicæ ſedis Legato de latere, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CVM nos nuper te ad chariſsimum 1
in Chriſto filiũ noſtrũ Henricum Titulus.
Francorum Regem Chriſtianiſsimum & totũ Regnum Franciæ, ac vniuerſas prouincias, ciuitates & terras eidem Henrico Regi quomodolibet ſubiectas ac quæcunq; alia loca ad quæ te declinare contigerit pro nonnullis noſtris & ſanctæ
Romanæ Eccleſiæ totiúſq; reipublicæ Chriſtia- Cauſa.
næ arduis negociis noſtrum & Apoſtolicæ ſedis legatum de latere, tanquã angelum pacis, ad Dei laudem & præfatæ Eccleſiæ exaltationem, de fratrum noſtrorum cõſilio duxerimus deſtinendũ.

Nos cupientes vt erga perſonas regni, prouin 2
ciarum, ciuitatum, terrarum & locorũ huiuſmo- Effectus.
di, alióſque ad te vndecunque confluentes & ve- Fauor &
nientes, vbicunque domicilium habeant, & vn- gratia qui-
decunq; originẽ trahant, †necnõ familiares, con bus.
tinuos commenſales tuos, ac tuis obſequiis inſi- †
ſtentes, aut aliâs tibi ſeruiẽtes, te gratioſum reddere poſsis circunſpectioni tuæ de qua in iis &

aliis maioribus plenam in domino fiduciam obtinemus.

3 Matrimoniales, beneficiales, ac alias Eccleſiaſticas, ac ſpirituales & prophanas, ac etiã mixtas

Lites et cauſæ. cauſas quaſcũque, ad forum Eccleſiaſticum, quomodolibet pertinentes, tam primæ quàm ſecundæ & vlterioris inſtantiæ ac appellationum

Pro reſcriptis. quarumcunque, à quibuſcunq; iudicibus, ordinariis & delegatis, etiam ad nos & ſedem prædictã, ſeu quoſcunque alios, etiam de latere legatos & iudices interpoſitarum, pro tempore & durante tua † legatione interponendarũ. † Etiam ſummariè,

Summaria. ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij ſola facti veritate inſpecta, per te vel alium ſeu alios audiendi, cognoſcẽdi, decidendi, & fine debito terminandi, ſeu aliis (vt præfertur.) Etiam

Citandi poteſtas. cum poteſtate citandi, & etiã ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis tuo vel legatorũ tuorum arbitrio moderandis &

Edictũ publicum. † applicandis. Inhibendi, † etiam per edictum publicum conſtituto ſummariè & extraiudicialiter † de non tuto acceſſu. † Ac ſequeſtrum iuxta for-

Sequeſtrum. mam concilij Viennenſis decernẽdi, audiendas, cognoſcendas, decidendas & fine debito terminandas, delegandi.

4 Illáſque etiam ſi per nos aut alios auctoritate Apoſtolica delegatæ fuerint ſeu aliàs corã quocunque pependerint, (cum tibi placuerit) ad te

Cõmittẽdi aduocandi: & (vt præfertur) audiendi, cognoſcẽdi, decidendi & fine debito terminandi, ſeu aliis, cum ſimili aut limitata poteſtate audiendas, cognoſcendas, decidendas, & fine debito terminandas,

das,committendi & delegandi.

Et perſonas quaſcunque, aduerſus quaſlibet ſententias & res iudicatas, ac cōtractus & læſiones in integrū (prout iuris fuerit) reſtituendi. 5 *Reſcribēdi.*

Necnon officium Tabellionatus quibuſcunque perſonis idoneis (recepto prius ab eis in forma ſolita iuramento) concedendi, illóſq; Tabelliones creandi, & de Notariatus officio inueſtiēdi: aliâs iuxta formam in quinterno Cancellariæ Apoſtolicæ deſcriptam. 6 *Tabellionatus.*

Ac milites auratos, comitéſq; Palatinos, necnon poëtas laureatos, & perſonas ſufficientes & idoneas ad doctoratus ſeu licētiaturæ, & Bachalariatus in vtroque vel altero iurium, & etiam ad magiſterij, tam in Theologia, quàm in artibus, & Medicina, vel alios gradus promouendi, & eis inſignia ſolita & debita conferendi, & exhibendi, ſeu exhiberi & cōferri faciendi. † Eíſq; quod omnibus & ſingulis gratiis, priuilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus & indultis, quibus alij milites aureati, Poëtæ laureati & comites Palatini, per nos & ſedem eandem creati & inſtituti, necnon ad huiuſmodi gradus in vniuerſitatibus ſtudiorū generalium iuxta illorū ritus & mores, ac ſeruatis ſeruandis, promoti vtuntur, potiuntur, & gaudent: ſeu vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere liberè & licitè poſsint & debeant, indulgendi. 7 *Prothonotariatus. Doctoratus. Bachalariatus. Magiſtrat⁹. Theologia. Medicina.* †

Ac cum verè nobilibus, aut in aliqua vniuerſitate famoſa, ſeu collegio approbato (ſeruato illius ritu) graduatis, vt quæcunque duo curata ſeu 8 *Ad duo.*

aliàs inuicē incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica, quæ ſi parrochiales Eccleſiæ aut earum per-
† petuæ Vicariæ fuerint. † Vltra xx milliaria inter ſe non diſtent, etiam ſi dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in cathedralibus, etiā Metropolitanis, vel collegiatis ac dignitates ipſæ in cathedralibus, etiam Metropolitanis poſt Pontificales maiores, ſeu collegiatis Eccleſiis huiuſmodi principales, aut parochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ vicariæ fuerint, & ad dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia huiuſmodi conſueuerint, qui per electionem aſſumi, eiſque cura immineat animarum.
† † Necnon quæcunque duo diſsimilia vel ſimplicia ſimilia ſub vno vel duobus tectis dictarū vel aliarum quarumcunque Eccleſiarum conſiſtentia, etiā ſi alterū eorum Canonicatus & præbenda, aut dignitas (etiam maior & principalis) perſonatus, adminiſtratio vel officium (etiam cura-
† tum & electiuū) fuerit. † Ac cum quibuſuis, quorumuis (non tamen mendicantium) ordinū regularibus perſonis, de vero nobili genere procrea-
† tis, † Aut in vniuerſitate, ſeu collegio prædicto (vt præmittitur) graduatis, vt quæcunq; duo beneficia Eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, regularia etiā ſi prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint, & ad illos, illas, vel illa conſueuerint qui per electionē aſſumi, eiſq; cura immineat animarū, ſi ſibi aliâs canonicè cōferantur, aut eligantur, præſententur, vel aliàs aſſumantur ad illa, & inſtituantur in eis, recipere, & inſimul quoad vi-

Sub eodem tecto.

xerin:

gerint: † ſeculares videlicet ambo in titulũ,† re- †
ulares verò vnum ex regularibus beneficiis hu †
iuſmodi quod malluerint(etiã ſi Prioratus,præ-
poſitura, aut alia dignitas conuentualis vel offi-
ciũ clauſtrale fuerit)in titulum,& reliquũ(quod
dignitas conuentualis vel officium clauſtrale nõ
ſit) & commendari cõſueuerit, in commendam
retinere, ac de ipſius in commendam retinendi
beneficij fructibus,redditibus & prouẽtibus diſ-
ponere & ordinare, ſicuti illud in titulum pro tẽ
pore obtinẽtes de illis diſponere & ordinare po
tuerint, ſeu etiam debuerint. Alienatione tamen
quorumcunque bonorum immobilium & prę-
cioſorum mobilium dicti beneficij in commen-
dam retinendi eis penitus interdicta.

Necnon cum patientibus defectum natalium 9
vt ad omnes etiam ſacros & presbyteratus ordi- *Natalium defectus.*
nes promoueri, ac quæcunque, quotcunque, &
qualiacũque beneficia eccleſiaſtica, cum cura &
ſine cura, ſeinuicem cõpatientia, etiam ſi cano-
nicatus & præbendæ,ac dignitates in Cathedra-
libus,etiam Metropolitanis,vel collegiatis eccle
ſiis huiuſmodi, ac aliàs(vt præfertur) qualificata
fuerint, Dummodo dignitates in metropolita-
nis,vel aliis Cathedralibus,poſt Pontificales ma-
iores, aut collegiatis eccleſiis huiuſmodi princi-
pales non ſint.

Et cum patientibus ætatis defectum,etiã regu 10
laribus,ſi(vt pręfertur)graduati fuerint,in proui *Aetatis defectus.*
ſionibus eis faciẽdis,vt in xxiiij.ſuæ ætatis anno,
ſeculares ſeculare,& regulares regulare,quodcũ-
que curatũ vel aliàs incompatibile,etiã ſi ſecula-

re dignitas,perſonatus,adminiſtratio,vel officiũ, in Cathedrali etiã metropolitana, aut collegiata, & dignitas ipſa in Cathedrali, vel metropolitana,poſt Pontificalem maior,ſeu in collegiata eccleſia huiuſmodi principalis, aut parochialis eccleſia vel eius perpetua vicaria fuerit, & ad dignitates,perſonatus,adminiſtrationes,vel officia (tã ſecularia, quàm regularia) huiuſmodi conſueuerint qui per electionẽ aſſumi, eíſque cura immineat animarũ, ſi ſibi aliàs canonicè conferantur, aut ipſi eligantur,præſententur, vel aliàs aſſumãtur ad illa & inſtituãtur in eis,recipere, & quoad vixerint retinere.

11 *Mendicãtes.* Necnon cum quorumcunq; ordinum mendicantium profeſſoribus, vt (ſi graduati & aliàs vitæ exemplaris fuerint,& tibi pro ſalute animarũ parochinorũ expedire videbitur) vnũ curatũ ſeculare beneficium eccleſiaſticũ, etiam ſi parochialis eccleſia, vel eius perpetua vicaria fuerit, eis per te tunc conferendũ, recipere,& retinere.

12 *Presbyteratus.* Quodque conſtituti in decimoſeptimo,vt ad Subdiaconatus, & in decimonono ad diaconatus, & in vigeſimoſecundo (ſi regulares fuerint & ad id ſuperiorũ ſuorum licentia acceſſerit)alij verò in vigeſimoquarto ſuarum ætatum annis(ſi ratione beneficiorũ eccleſiaſticorũ per eos obtẽtorum arctati fuerint)ad presbyteratus ordines.

13 *A quocunq;.* Et tam ipſi quàm quicunq;alij in ætate legitima conſtituti,& ſimiliter arctati promoueri volentes,vt ad omnes ordines prędictos(etiam extra tẽpora à iure ſtatuta)quibuſuis diebus dominicis vel feſtiuis, etiã à quocunque maluerint ca

tia

tholico Antiſtite,gratiã & communionem ſedis Apoſtolicæ habente,aliàs tamen ritè † (de licen †
tia ſui diœceſani vel eius vicarij, aut officialis) promoueri liberè & licitè poſsint.

14 *De non promouendo.*

Quódque obtinentes beneficia eccleſiaſtica, curata, ſeu aliàs ſacros & presbyteratus ordines huiuſmodi,tã à iure quàm ex ſtatuto fundatione vel aliàs requirentia,vt ratione illorum ad annũ, vel ſi literarũ ſtudio: in loco vbi illud vigeat generale inſtiterint, ad quinquennium à fine anni eis à iure præfixi cõputandum,ad ordines huiuſmodi,(dummodo infra primum dicti quinquẽnij biennium, ad dictum ſubdiaconatus ordinẽ promoueantur) promoueri minimè teneantur, nec ad id à quoquam quauis auctoritate inuiti valeant coarctari,diſpenſandi.

15 *Prorogatio.*

Et cum taliter diſpenſatis quinquenniũ huiuſmodi ad annũ tantum(& nó vltra)prorogandi.

16 *Matrimoniales.*

Et cum quibuſuis perſonis tertiò aut quartò, vel tertiò & quartò mixtim,etiã multiplici conſanguinitatis vel affinitatis gradibus inuicẽ coniunctis,& quocunque impedimẽto publicæ honeſtatis,vel cognationis ſpiritualis detẽtis(dummodo non inter leuantẽ & leuatum) aut cũ his qui per adulterium ſe polluerint, (dummodo in mortem defuncti coniugis quicquam machinati non fuerint) ut inuicem matrimonialiter copulari poſsint diſpenſari. *Adulteriũ.*

17

Ac eos qui(vt præfertur)cõiuncti matrimoniũ inter ſe ſcienter contraxerint,ſi illud carnali copula cõſummauerint,à thoro & mutua cohabitatione ſeparari, & à reatu inceſtus, ac tã eos quàm

alios qui matrimoniũ ipſum nõ cõſummauerint (ſi id humiliter petierint) ab exceſsibus per eos in præmiſsis cõmiſsis,ac quibuſuis ſentẽtiis,cenſuris & pœnis eccleſiaſticis & tẽporalibus. Iniunćta inde eis pro modo culpæ ac copia facultatũ ſuarũ pœnitentia ſalutari, quæ ſi pecuniaria fuerit, in conſtructionẽ aut reparationem eccleſiarum, aut hoſpitalium loci ex quo ipſi abſoluendi erunt oriundi,aut emptionẽ ornamentorũ eccleſiarum,ſeu pauperũ puellarum dotẽ,vel alios pios vſus in ipſo loco omnino cõuertatur,in vtro-
† que foro abſolui. †Et ſi ipſi abſoluendi pœnitentiã eandem reuerenter acceptauerint, & ex die eorũ abſolutionis ſeparatim vixerint,ac pœnitẽtiã ipſam peregerint,& id diœceſanis locorũ ſeu eorũ vicariis vel officialibus generalibus ex aliqua iuſta cauſa honeſtũ viſum fuerit cum eiſdem ſic abſolutis,vt impedimentis huiuſmodi nõ obſtantibus,matrimoniũ inter ſe de nouo cõtrahere,& in faciẽ Eccleſię ſolemnizare,ac in eo poſtmodum ad eorum vitã remanere liberè & licitè poſsint diſpẽſari,ac prolem exinde ſuſceptã & ſuſcipiendã legitimã decerni per eoſdem diœceſa-
† nos ſeu vicarios vel officiales. † Ita tamen quòd per eos propter hoc aliquid non exigatur ſuper quo ipſorũ diœceſanorũ ac vicariorũ & officia-
† lium cõſcientia oneretur,† & ſi quid per eos exactũ vel etiam à ſponte offerentibus receptũ fuerit,abſolutio & diſpenſatio,aliáq; præmiſſa,nulla ſint & irrita,ac pro infectis habeãtur,ipſiq; abſoluti.In priſtinas ſentẽtias,cẽſuras & pœnas reincidãt,diœceſani verò ingreſſu eccleſię interdicti,
& vi-

& vicarij ac officiales excõmunicationis ſentẽtia innodati, eo ipſo ſint auctoritate noſtra mãdãdi.

Necnon perſonis quibuſcũque Eccleſiaſticis 18
ſecularibus & regularibus, vt (literarum ſtudio in *Fructus in*
loco vbi illud vigeat generale inſiſtẽdo) fructus, *abſẽtia percipiendi.*
redditus & prouentus omnium & ſingulorũ beneficorum eccleſiaſticorũ cum cura & ſine cura, quæ in quibusuis eccleſiis ſiue locis pro tẽpore obtinebunt, etiã ſi (vt præfertur) qualificata fuerint, ad quinquenniũ tantum, cum ea integritate (diſtributionibus quotidianis duntaxat exceptis) liberè percipere valeant, cũ qua illos perciperẽt, ſi in eiſdem eccleſiis ſiue locis perſonaliter reſiderent, & ad reſidendum interim in eiſdem minimè teneantur, nec ad id à quoquam inuiti valeant coarctatari. † Prouiſo quòd beneficia prædicta debitis propterea nõ fraudentur obſequiis, † *Coarctari.*
& animarum cura in eis quibus illa immineat nullatenus negligatur, ſed per bonos & ſufficientes vicarios quibus de ipſorum beneficiorũ prouentibus neceſſaria congruè miniſtrentur diligenter exerceatur, & deſeruiatur inibi laudabiliter in diuinis.

Ac quibuſcunque perſonis nobilibus vel gra- 19
duatis, aut in ſacerdotio conſtitutis, vt liceat eis *Altare portatile.*
habere Altare portatile cum debitis reuerẽtia & honore, ſuper quo in locis ad hoc cõgruentibus & honeſtis, ſine alieni iuris præiudicio, & cum qualitas negotiorum pro tẽpore ingruentium id exegerit, etiam antequã illuceſcat dies, circa tamen diurnã lucem, ita quòd id eis nec ſacerdoti taliter celebrãti ad culpam valeat imputari. † Et †

cũ ad loca interdicto eccleſiaſtico ordinaria au-ctoritate ſuppoſita eos cõtigerit declinare, in illis (clauſis ianuis) excommunicatis & interdictis excluſis (nõ pulſatis campanis) & ſummiſſa voce, poſsint etiam per ſeipſos (ſi ad presbyteratus ordinem ritè promoti fuerint) aut per propriũ vel alium ſacerdotem miſſas, & alia diuina officia, in ſua, & familiarium ſuorum ac domeſticorũ præſentia celebrare, & celebrari facere, (dummodo ipſi vel illi cauſam non dederint interdicto, nec id ipſis vel illis contigerit ſpecialiter interdici.)

Miſſas celebrandas.

† † Prouiſo etiã quòd parcè huiuſmodi conceſsione ante diẽ celebrandi & celebrari faciendi vtãtur: Quia cum (in altaris miniſterio) immoletur dominus noſter Ieſus Chriſtus, Dei filius, qui candor eſt lucis æternæ, cõgruit hoc non noctis tenebris fieri, ſed in luce.

Cautela altaris.

† † Ac quibuſcunq; perſonis, vt confeſſorẽ ſeu confeſſores idoneos eligere poſsint, qui eos & eorum quemlibet (iuxta formã in quinterno dictæ cancellariæ annotatã) abſoluere pôſsint indulgendi.

Confeſſorẽ eligendi.

† † Ac quibuſcunq; mulieribus honeſtis vt quæcunque monaſteria & domos monialium quarumcunq; (etiam obſeruãtiæ regularis,) exempta, & non exempta, quomodocunque recluſa, cum aliquibus matronis (etiam honeſtis) de conſenſu eorum qui dictis monaſteriis & domibus præfuerint (dummodo inibi non pernoctent) deuotionis cauſa, bis (aut pluries) in anno prout tibi videbitur, ingredi valeant.

Monaſteria viſitanda.

20 Ac Rectoribus parochialium eccleſiarum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorũ, curatorũ (ſi

Abſoluendi parochianos.

(ſi graduati aut aliàs exemplaris vitæ fuerint) vt (per ſeipſos tantùm) quoſcunq; parochianos eorum vtriuſque ſexus ab omnibus & ſingulis eorum peccatis & criminibus, in caſibus in quibus ordinarii locorũ de iure vel conſuetudine abſoluere poſſunt, & in illis quæ ſedi prædictæ reſeruati non fuerint, abſoluere. Et vota quæcunq; *Vota.* per eos pro tempore emiſſa (præterquã ſedi prædictæ reſeruata) in alia pietatis opera commutare valeant.

Ac quibuſcunque perſonis vtriuſq; ſexus ſe- 21 cularibus, etiã eccleſiaſticis, & de ſuperiorũ ſuorum licentia religioſis, etiam mẽdicantibus, quæ zelo deuotionis accenſæ, ſepulchrum dominicũ, *Sepulchrum* & alia pia loca & oratoria terræ ſanctæ deſide- *dominicum.* rant perſonaliter viſitare, vt (quibuſuis prohibitionibus apoſtolicis in cõtrarium factis nonobſtãtibus) ſepulchrũ & alia loca prædicta viſitare.

Et vt quadrageſimalibus & aliis prohibitis 22 anni diebus, butyro & caſeo (de alterius) & infir- *Eſus ouorũ* mi (de vtriuſque medici conſilio) carnibus veſci *& caſeorũ.* & licitè vti † valeant indulgendi.

Necnon quæcunque iuramenta ad effectũ a- 23 gendi, ac etiam ſimpliciter (vt tibi videbitur) *Iuramenta.* dummodo alicui exinde magnum præiudicium non fiat, relaxandi.

† Ac quoſcunque qui periurij reatum incur- † *Periurium.* rerint, abſoluendi, & ad priores honores, ſtatum & famam reſtituendi, ac plenariè reintegrandi. Omnémque inhabilitatis & infamiæ maculam ſiue notam, præmiſſorum occaſione contractam penitùs abolendi.

24 Necnon quaſcunque perſonas eccleſiaſticas,
Homicidiū. quæ homicidij caſualis reatū incurrerint, ſi hoc à te humiliter petierint, à reatu homicidij huiuſiuſmodi communicationis, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis propterea quomodolibet incurſis, auctoritate noſtra (etiam in vtroq; foro) abſoluēdi, in forma Eccleſię conſueta, iniunctis inde eis pro modo culpæ pœnitētia ſalutari, & aliis quæ de iure fuerint iniungenda.

† † Ac cum eis ſuper irregularitate, ſi quā propterea etiam cenſuris huiuſmodi ligati miſſas &
Irregularitas. alia diuina officia) non tamē in contemptū clauium) celebrando, aut aliàs contraxerint, quódq; ad omnes etiam ſacros & presbyteratus ordines promoueri. † Ac quæcūque, quotcunq; & qualiacunque, cum cura & ſine cura, ſeinuicem compatientia beneficia eccleſiaſtica recipere, ac illa & per eos obtenta retinere poſsint diſpenſandi.

† † Omnémq; inhabilitatis & infamiæ maculam
Inhabilitas et infamia. ſiue notam per eos eadem occaſione contractam penitùs abolendi.

25 Ac quoſcunque per ſaltum, vel furtiuè, aut aliàs minus ritè, ad aliquos ſacros ordines promotos, ab exceſſu quem propterea incurrerint, abſoluendi, & cum eis vt ad reliquos ordines ad quos promoti non eſſent, aliàs ritè promoueri liberè & licitè poſsint, diſpenſandi.

26 Abſoluendi quoque omnes & ſingulos qui
Abſolutio. ſimoniæ labem (tam in beneficiis per eos habitis cuiuſcunque qualitatis fuerint, quàm ordinibus per eos ſubſceptis) contraxerint, ab illa & excōmunicationis, aliiſque cēſuris & pœnis eccleſiaſticis,

ſticis,quas propterea incutrerint. † Et ſuper irre † Irregularitas.
gularitate,ſi quam illis ligati miſſas & alia diuina
officia (nõ tamen in contemptum prædictũ)celebrando,ſeu aliàs ſe illis immiſcendo, cõtraxiſſent,diſpenſandi, † Omnémque inhabilitatis & † Infamia.
infamiæ maculã, ſimiliter per eos dicta occaſione.† Ac etiam ſi forſan aliqua beneficia eccleſiaſtica curata vel aliàs incõpatibilia pòſt(& contra conſtitutioné fœlicis recordationis Ioannis Papæ xxij.prædeceſſoris noſtri, quæ incipit Execrabilis)detinuiſſent & detinerẽt,fructus ex eiſdem percipiendo,contractam,abolendi,dictáque beneficia eis de nouo conferendi.

Et eos qui etiam parochiales,vel alia beneficia 27 Abſolutio curatorum nõ presbyterorum.
eccleſiaſtica, presbyteratus, & alium ordiné requirentia, vltra annũ pacificè poſſediſſent, & ea poſtmodum detinuiſſent & detinerent,ad dictũ presbyteratus ordiné(legitimo ceſſante impedimento nulláque per eos deſuper diſpenſatione obtenta) nõ promoti(fructus etiã percipiendo) abſoluẽdi,omnémq; inhabilitatis & infamię maculam ſiue notã ſimiliter per eos dicta occaſione cõtractam,tollendi,& abolendi,eiſque de nouo, de beneficiis prædictis, ſic detentis prouidendi. Infamia.

Ac quoſcunque qui in clericos & presbyteros 28 Iniectio manum.
(citra tamen membri mutilationé aut mortem) manus violentas temerè inieciſſent, ab excõmunicationis ſententia, quã propterea incurrerint, ſi hoc humiliter petierint:† Et etiam illos qui horas canonicas omiſerint,& debito tempore non † Omiſsio horarum.
recitauerint, aut inaduertẽter dixerint, cuiuſcũque qualitatis,ordinis & conditionis fuerint, ab

exceſsibus & omiſsionibus huiuſmodi reſpectiuè, † Necnon etiam quoſcunque religioſos ordinũ quorumcunque, qui ob ſui habitus non delationem, aut aliàs reatũ Apoſtaſiæ incurrerint, ab illo, ac etiam excõmunicationis aliiſque ſimilibus cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, quas propterea (etiam iuxta regularia ſuorum ordinũ inſtituta) incurriſſent, abſoluendi.

Apoſtaſia.

29 Ac ſuper irregularitate quacũque, præterquã homicidij voluntarij, aut bigamiæ, quouis modo, etiam per ſentẽtiam ſanguinis & vltimi ſupplicij inde ſecuti, aut mutilationis membrorum contracta, ad omnes etiam ſacros ordines, (citra tamen altaris miniſterium) & ad beneficia eccleſiaſtica, ſine cura, quæcunque, quotcunq; & qualiacunque ſeinuicem cõpatientia, aliàs canonicè conferenda diſpenſandi. † Omnémque inhabilitatis & infamiæ maculam, ſiue notam, etiam inde contractam, penitus abolendi.

Irregularitas homicidium.

Infamia.

30 Ac contra quoſcunque tam eccleſiaſticos, q̃ laicos, literarum apoſtolicarũ, & ſupplicationũ, † Ac cõmiſsionum falſarios, ſchiſmaticos, hæreticos, vſurarios, raptores, & aliorum quorumcunque criminum, ad forũ eccleſiaſticum pertinentium, reos cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtẽtes, inquirendi, & procedendi, ac reos iuxta criminũ & exceſſuum exigẽtiam (prout canonicæ ſanctiones requirũt, & tuæ videbitur conſcientiæ expedire) puniendi: Contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam & alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi: & (ſi opus fue-

Falſarij ſciſmatici hæretici vſurarij raptores.

Puniendi.

Brachium ...re.

rit)auxilium brachij ſecularis inuocãdi, ſeu præmiſſa fieri procurãdi, faciendi, aut mandandi. Et ſi ad cor reuerſi ſuum errorem recognouerint, ac de pręmiſsis doluerint, ipſiq; id humiliter poſtulauerint, ſeu ſuper eo ſupplicauerint, & tibi videbitur, eos (dum modo hæretici relapſi nõ fuerint) à criminibus & exceſsibus huiuſmodi, ac ſententiis, cenſuris, & pœnis, quas propterea incurrerint, abſoluendi. † Ac cum eis ad ordines, honores & dignitates, ac etiam beneficia eccleſiaſtica, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque diſpenſandi, eóſque in priſtinum ſtatum reſtituendi, reponendi, & plenariè reintegrandi. 31 *Reuerſus ad pœnitentiã.* †

† Omnémq; inhabilitatis & infamiæ maculam ſiue notam per eos præmiſſorum occaſione cõtractam, etiam penitus abolendi. † *Infamia.*

Et cum dictis vſurariis ſuper malè ablatis incertis, diſpenſandi. 32 *Vſurarÿ.*

Ac quaſcunque eccleſias, monaſteria, domos, vniuerſitates & collegia, ac pia loca, etiã exempta, & eidem ſedi immediatè ſubiecta, per te vel alium ſeu alios idoneos. Viſitandi, & quæ ex eis correctione & emendatione, tam in ſpiritualibus quàm temporalibus indigere cognoueris, tã in capite quàm in membris, reformandi, prout ſecundum Deum & canonicas ſanctiones, & regularum ſuarum inſtituta noueris expedire. 33 *Viſitãdi monaſteria, &c.*

Ac quæcũq; ſtatuta & ordinationes eccleſiarũ & vniuerſitatum, etiam ſtudiorum generalium, monaſteriorum, ordinum & conuentuum, quæ tamen libertatem eccleſiaſticam non confundant, aut illi derogent vel repugnent, confirmã- 34 *Status &c. condendi.*

† di, & approbãdi. †Omnéſque & ſingulos defe-
Defect' ſupplendi. ctus, ſi qui forſan interueniſſent in eiſdem ſupplendi, illáque (ſi tibi videbitur expedire) moderandi, corrigendi, addendi, & in melius, (iuxta temporum exigentiam) reformandi.

35 *Prothonotariatus.* Necnon quoſcũque tibi videbitur in noſtris, & dictę ſedis Acolytos, Capellanos, & Notarios (abſq; eo quòd aliqua exemptione propter hoc potiantur,) Apoſtolica auctoritate, recipiendi, & aliorũ noſtrorum & dictæ ſedis Accolytorũ, Capellanorum, & Notariorũ numero & conſortio fauorabiliter aggregandi. † Ac eis quòd omnibus & ſingulis priuilegiis, prærogatiuis, indultis, honoribus & gratiis gaudeant & vtantur, quibus gaudent & vtuntur, ac vti, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum alij noſtri & dictæ ſedis notarij, exhibendi quoque ſeu exhiberi faciendi eis inſignia notariatus huiuſmodi, recepto tamen priùs ab eis ſolito iuramento.

36 *Teſtandi.* Ac quibuſuis perſonis eccleſiaſticis, etiã prælatis, ſecularibus & regularibus, vtriuſque ſexus, de quibuſuis bonis ſuis (iuxta formam quinterni cancellariæ huiuſmodi) & aliàs quomodolibet, (dummodo bona ipſa ratione prælaturarum ſeu beneficiorum extra limites tuæ legationis ſituatorum acquiſita non ſint) teſtandi licentiam.

37 *Conſeruatoria.* Ac cõſeruatoriam ad vitam (aliàs iuxta formã in eodem quinterno deſcriptam) pro familiaribus tuis continuis commenſalibus duntaxat. Cũ commiſsione omnibus & ſingulis Archiepiſcopis & Epiſcopis ac aliis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis facienda concedendi.

Ac etiã per te vel alium,ſeu alios quorũcunq; 38
beneficiorũ eccleſiaſticorũ,cum cura,& ſine cu- *Admißio Re*
ra, ſeculariũ vel regularium,etiam(vt prefertur) *ſignationũ.*
qualificatorum, etiam dictæ ſedi ex quauis cauſa generaliter reſeruatorum reſignationes, ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis, ac commendatorum & litigioſorum, tam in Romana curia quàm extra eam ceſsiones litis & cauſæ ac iuris & commendarum recipiendi, & admittendi, ac (quoad cedentes tantùm, ſeu de cõſenſu eorum quorum intererit)cauſas deſuper pendentes aduocandi, & lites huiuſmodi penitùs extinguẽdi.

Dictáque beneficia, tam ſimpliciter quàm ex 39
eadem cauſa, & alia quæcunque,quotcunque & qualiacunque,(etiam per obitum)ſeu aliàs quouiſmodo,extra Romanam curiam, infra limites *Beneficia per*
dictæ legationis ſiue prouinciæ,ad quam eundo *obitũ vacã-*
vel redeundo te peruenire contigerit. Et quoad *tia quibus*
tuos familiares, continuos commenſales, etiam *cõceduntur.*
extra dictos limites vbicunque exiſtentia,vacantia,& vacatura. † Dummodo illa, que per obitũ †
vacauerint, ratione familiaritatis,continuæ commenſalitatis noſtræ,vel alicuius Cardinalis viuentis generaliter reſeruata non fuerint.† Ac digni- †
tates maiores & principales,& beneficia etiã regularia, manualia, & aliàs quomodolibet qualificata fuerint perſonis idoneis,etiam quæcũque, quotcunq,& qualiacunq; beneficia eccleſiaſtica obtinentibus,& expectantibus,cũ dictis beneficiis conferendis ſe compatientia,etiam ſecularibus vel regularibus, conferendi, & de illis etiam prouidendi.

40 *Monaſteriorũ prouiſio.* Ac monaſteriis,tam virorum quàm mulierũ, ordinum quorumcunque legationis prædictæ, quorum tamen virorum videlicet fructus, redditus & prouentus in libris cameræ apoſtolicæ taxati non ſint,aut ducentorum florenorum auri de camera ſecundum communem exiſtimationem, valorem annuum non excedant, nunc & pro tẽpore vacantibus, de Abbatibus,& Abbatiſsis prouidendi.

41 *Commendæ* Ac monaſteria & beneficia huiuſmodi quæ ſolita fuerint commendari quibuſuis perſonis per eas ad vitam vel ad tempus, etiam vnà cum quibuſuis compatilibus beneficiis eccleſiaſticis per eas pro tempore obtentis tenenda, regenda & gubernanda.Ita quòd liceat eis debitis & conſuetis illorum ſupportatis oneribus de reſiduis illorum fructibus, redditibus,& prouentibus diſponere & ordinare,ſicut illa pro tempore in titulum obtinentes de illis diſponere & ordinare potuerunt,ſeu etiam debuerunt(alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium & precioſorum mobilium,monaſteriorum & beneficiorum prædictorum eis penitùs interdicta) commendandi.

42 *Vniones diſſoluendi,* Necnon Vniones,Annexiones & Incorporationes temporales diſſoluendi, ac beneficia ſecularia & regularia per diſſolutionem huiuſmodi vacantia,vt præfertur,conferendi,ſeu,ſi ſolita fuerint commendari,commendandi.

43 Ac in quibuſuis cathedralibus,etiam metropolitanis, ac collegiatis eccleſiis canonicatus & præbendas ac dignitates,perſonatus,adminiſtrationes

tiones & officia. Necnon oratoria, Cum decreto quòd nõ poſsint erigi in titulum benefici j ecclesiaſtici, ſeu impetrari, erigendi & inſtituendi, Ac bona pro eorum dote aſsignanda eis perpetuò applicandi & appropriandi. *Erectiones.*

Necnon quæcunque ſtatuta & ordinationes 44 licita & honeſta, ac ſacris canonibus non cõtraria condendi facultatem concedendi. *Statuta condendi.*

Ac tempus præfixum executoribus vltimarum 45 voluntatum ad illas exequendum prorogandi. *Teſtamẽta.*

Ac quaſcunque concordias licitas & hone- 46 ſtas cum ſuppletione defectuum iuris & facti approbandi & confirmandi, ac firmiter obſeruari debere decernendi.

Ac canonicos ſupernumerarios, ad effectum 47 obtinendi dignitates duntaxat, creandi.

Et ad ſententiarum ac rerum iudicatarum nec 48 non executorialium & cenſurarum per reſignantes ſeu cedentes in auditorio cauſarum palatij apoſtolici, ſeu alibi vbicunque habitarum proſecutionem, illos in quorum fauorem reſignauerint, vel ceſſerint, admittendi, ſeu admitti faciendi & mandandi.† Et ad vlteriorẽ executionem † vſque ad realem paritionem contra quoſcunque, etiam pontificali præditos dignitate procedendi.

Ac verum & vltimum vacationis modum, 49 etiam ſi ex eo quæuis generalis reſeruatio reſultet, pro expreſſo habendi.

Ac ſuper illorum & quorumcunque aliorum 50 beneficiorum eccleſiaſticorum fructibus, reddi-

ies. tibus,& prouētibus, quaſcunque penſiones annuas, non tamen medietatem fructuum, redditu um & prouentuum huiuſmodi excedentes. † Ac fructus, redditus & prouentus vſque ad dictam medietatem loco penſionis prædictis reſignantibus vel cedentibus, aut aliis perſonis idoneis, quoad vixerint, per prædicta beneficia pro tempore obtinentes, & eorum ſucceſſores annis ſingulis in locis & terminis, & ſub priuationis & aliis pœnis ac ſententiis & cenſuris eccleſiaſticis in talibus apponi ſolitis, perſoluendas.

† Regreſſus. †Etiam cum regreſſu, ſeu acceſſu ob non ſolutionem vel inualidam aſsignationem earum in forma ſolita, de conſenſu illorum qui dictas penſiones perſoluere habebunt, reſeruandi, conſtituendi & aſsignãdi.

Extinctiones. †Ac eaſdem & alias hactenus & deinceps reſeruatas & reſeruandas penſiones de conſenſu, etiam anticipata ſolutione aliquorum annorum, caſſandi, extinguendi & annullandi.

Translatio penſionum. †Ac quoad illos qui trasferendi facultatem habuerint, eaſdem penſiones & fructus de eorum conſenſu, etiam in quoſcunque per eos nominatos transferendi. Et tam de nouo reſeruandis, quàm transferendis penſionibus, & fructibus huiuſmodi clauſulam, quòd earum literæ per te concedendæ pro intimatis habeantur de conſenſu illorum qui ſoluere habebunt, apponendi.

Pẽſionis intimatio

51 Ac perſonas prædictas ad effectum gratiarum prædictarum, quas pro tempore eis per te concedi contigerit, ab omnibus & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque eccle-

Abſolutio excõmunicationis.

eccleſiaſticis ſententiis,cenſuris & pœnis à iure vel ab homine (quauis occaſione vel cauſa) latis ſiquibus quomodolibet innodati fuerint abſoluendi,& abſolutos fore cenſendi.

Necnon in gratiis prædictis†(nõ tamen prouiſionibus aut commendis de vacantibus per obitum) omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, quæ perſonæ prædictæ etiam ex quibuſuis conceſsionibus & diſpenſationibus apoſtolicas obtinent & expectant, ac in quibus & ad quæuis eis quomodolibet competit quæcunque,& qualiacunque ſint, eorúmque fructuum,reddituum, & prouentuum veros annuos valores, ac huiuſmodi diſpenſationum tenores, † abſque eo quòd de illis vel eorum aliquo mentionem facere teneantur, aut propter non factam mentionem,vel non appoſitionem teſtium,ac nominum & cognominum illorum prædictæ (aut etiam collationum & cõmendarum) ac quæuis aliæ literæ per te concedendæ ſurreptionis aut nullitatis vitio ſubiacere teneantur pro ſufficienter expreſsis in literis tuis habendi. 52 † *Vnius pro expreſſis.* †

Ac quaſcũque gratias expectatiuas, ſpeciales, reſeruationes,vniones,annexiones, & incorporationes,nominationes, nominãdi & conferẽdi facultates & mãdata per nos & ſedem prædictã, aut Legatos eiuſdem in fauorem quarumcunq; perſonarum,cuiuſcunq; dignitatis,ſtatus,gradus ordinis vel conditionis exiſtentium(etiam Cardinalatus honore fulgentium)ſub quibuſuis verborum formis, ac clauſulis, etiam derogatoria- 53 *Expectatiuæ reſeruationes & vniones ſuſpendendi.*

rum derogatoriis,fortioribus, efficatioribus, & inſolitis, etiam motu proprio, ex certa ſcientia, ac quauis conſideratione, intuitu, vel reſpectu, etiam quantumcunque grandi & inexcogitabili,etiam Regum,Reginarum, aliorúmque Principum & Prælatorum factas & conceſſas, ac faciendas & concedendas in poſterum, illorúmque vim & effectũ, quoad reſignationes & ceſſiones in manibus tuis pro tempore faciendas duntaxat omnino ſuſpendendi,

54 Ac viſitantibus quaſcunque eccleſias ſeculares vel regulares, & ad illarum fabricas ſeu pro
Indulgẽtia. conſeruatione & inſtauratione earundem manus porrigentibus adiutrices, in duabus feſtiuitatibus duntaxat ſeptem annos & totidem quadragenas (vel infra dictum tempus illud quod tibi videbitur) de iniunctis pœnitẽtiis miſericorditer in domino relaxandi, ita quòd perpetuò (vel ad tempus,prout tibi videbitur) durare habeat, ſic tamen quòd relaxatio huiuſmodi non niſi ſemel pro vna eccleſia fieri poſsit.

55 Ac quibuſuis perſonis dictæ legationis, ac etiam familiaribus prædictis, vt bona immobilia
Alienationes eccleſiaſticæ. eorundem monaſteriorum, dignitatum,prioratuum,adminiſtrationum & officiorum,aliorúmque beneficiorum eccleſiaſticorum, quæ obtinent, ſeu durante legatione huiuſmodi obtinebunt,in euidentem eorum vtilitatem permutare, vendere, & ad tempus longum locare,ſeu in feudum & emphiteoſim, ſeu cenſum vel affictũ

56 concedere valeant.

Trãſlatiões. Necnõ regularibus perſonis vtriuſque ſexus, vt

vt de eorum monaſteriis,domibus & locis ad alia monaſteria, domos & loca, etiam aliorũ ordinum, in quibus par aut arctior vigeat obſeruantia regularis, & beneuolos inuenerint receptores (de licentia ſuorum ſuperiorum)ſe tranſferre,& noua loca recipere.

Ac perſonis quibuſlibet eccleſias,monaſteria & domos huiuſmodi ordinum mendicantium, & beneficia eccleſiaſtica quæcunque de nouo fundare & dotare,ac collapſas reparare volentibus, vt illa in locis ad hoc honeſtis & commodis fundare & dotare, ac reparare, ac in fundatione huiuſmodi licita & honeſta onera illa pro tempore obtinentibus imponere valeant. 57 *Fũdationes atque dotationes.*

† Reſeruato eis & eorum poſteris iure patronatus,& præſentandi perſonam idoneam ad beneficia ſecularia (dum vacabunt) licentiam concedendi. *† Ius patronatus.*

Ac locationes & alienationes de bonis immobilibus eccleſiarum,monaſteriorum, prioratuum, adminiſtrationum, vel officiorum, aliorúmq; beneficiorum eccleſiaſticorum factas (ſi in euidẽtem vtilitatem illorum ceſſerint)confirmandi & approbandi. 58 *Cõfirmatio alienationis* †

† Ac ſingulos defectus (ſi qui interuenerint in eiſdem) ſupplendi. 59

Ac iuri patronatus laicorum ad effectũ prouiſionum & commendarũ,prædictarum ea vice pro medietate, & ſi beneficia ex cauſa permutationis vacauerint,vel lis ſuper eis pẽdeat, aut ius patronatus ex fundatione vel dotatione acquiſitum non ſit,in totum derogandi. *Derogatio iuris patronatus.*

60 Ac omnia & ſingula quæ maior Pœnitentiarius noſter in dicta curia ex ſpeciali, vel alia ſibi conceſſa facultate quomodolibet facere poteſt, & ſolitum eſt, & quæ in prędictis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna, faciendi, mandandi, ordinandi & decernandi, † per te, vel alium ſeu alios, auctoritate apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem.

Pœnitẽtiarius.

Concluſio.

61 Decernentes te omnibus & ſingulis facultatibus prædictis, in quibuſcunque partibus, regnis & prouinciis, terris, ciuitatibus & locis prædictis, & aliis ad quæ te declinare, ſeu in quibus te morari contigerit, & cum perſonis illorum & aliis vndecunque ad te venientibus, ac familiaribus tuis, liberè vti poſſe.

Extẽtio vſus facultatum.

62 Non obſtãtibus defectibus & aliis prædictis, ac generalis Lateranenſis, Viennenſis, Pictauenſis, & aliorum Conciliorum, necnon de vna, & duabus dietis, & quibuſuis aliis apoſtolicis, ac in Prouincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus, conſtitutionibus & ordinationibus, ac Cancellariæ apoſtolicæ regulis.

Non obſtantia.

63 Statutis quoque & conſuetudinibus eccleſiarum, monaſteriorum, vniuerſitatum, collegiorum & ciuitatum huiuſmodi, necnon ordinum quorumcunque, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, etiam ſi de illis ſeruandis & non impetrandis literis contra illa & illis, etiam ab alio vel aliis impetratis, ſeu aliàs quouiſmodo conceſsis non vtendo: † perſonæ quibus indultum de percipiendis

Derogatio ſtatutorum.

piendis fructibus in abſentia huiuſmodi conceſ- *Perceptio*
ſum fuerit, præſtiterint hactenus, vel in poſterũ *fructuum.*
forſan præſtare contigerit iuramentum.

Ac quibuſuis priuilegiis & indultis generali- 64
bus vel ſpecialibus quorumcunque, etiam Ci- *Derogatio*
ſtercienſis & Cluniacenſis ordinum, quæ præ- *priuilegiorum.*
miſsis quouiſmodo obſtare videantur, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, ac de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbũ habenda ſit in tuis literis mentio ſpecialis.

† Quæ omnia quoad hoc nolumus cuiquã in †
aliquo ſuffragari.

Ac quibus necnon fundationibus quibuſcunque, prout expediet, ſecundum rei & caſus exigentiam & tibi placuerit, valeas derogare.

Quódque aliqui ſuper prouiſionibus ſeu cõ- 65
mendis ſibi faciendis, ſuper huiuſmodi vel aliis *Clauſulæ*
beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales *generales.*
vel generales dictæ ſedis vel legatorum eius literas impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionẽ, reſeruationem & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum. Quibus omnibus perſonas quibus per te de beneficiis prædictis prouidebitur in eorum aſſecutione volumus anteferri. Sed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari. Seu ſi locorum ordinariis & collatoribus vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod ad receptionem vel prouiſionem alicuius minimè teneantur. Et ad

id compelli,aut quod interdici,ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint.

† Quódque de huiuſmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collatiſionem,prouionem, præſentationem, electionem, ſeu quanuis aliam diſpoſitionem, cõiunctim vel ſeparatim ſpectãtibus,nulli valeat prouideri ſeu commenda fieri per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbũ de indulto huiuſmodi mentionem.

† † Et qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat: per quam præſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam,effectus literarum tuarum impediri valeat quomodolibet vel differri. Et de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis.

66 Et quia difficile eſſet preſentes in ſingulis literis tuis ſuper præmiſsis cõcedendis inſeri, Volumus & decernimus earum tranſumptis etiam per impoſitionem factis, & tuo ſigillo munitis, ac manu tui ſecretarij aut Regentis Cancellariæ tuæ ſubſcriptis, dictíſque literis tuis abſque eatũdem præſentium in toto vel in parte inſertione eam vbique fidem in iudicio & extra adhiberi,quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi originaliter exhiberetur.

Tranſumpti fides.

67 Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo.Quinto Id.Octo. Pontificatus noſtri anno tertio.Sic ſignatum ſupra plicam F.de Lion:& ſubtus plicam Fed.Cardina-

dinalis Ceſius. *Io. Barengus*. Et in dorſo ſcriptum eſt: Regiſtrata apud Ioannem Secretarium, & ſigillatum in ſolito Rom. curiæ plombo ſub cordula canabea.

Item ſupra plicam ſcripta ſunt hæc verba.

LECTA, publicata, & regiſtrata, audito & requirente procuratore generali Regis, ſub modificationibus in regiſtro curiæ, contentis Pariſiis in Parlamento vigeſima die Ianuarij, Anno domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo. Sic ſignatum, DV TILLET.

Auſquelles Bulles eſtoient attachées les lettres patentes, qui enſuyuent.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France, à noz amez & feaux les gens de noſtre Court de Parlement de Paris, ſalut & dilection. Veuës les bulles & promotions apoſtoliques de noſtre ſainct pere le Pape, contenans l'auctorité, pouuoir & facultez octroyez par ſa ſainćteté à noſtre treſcher & amé couſin le Cardinal Triuulce, Legat en France, cy attachées ſoubz le cõtreſéel de noſtre chancellerie. Nous vous mandons & enioignons par ces preſentes de proceder à la lecture, verification & publication d'icelles en ce qui ne ſera contraire ou derogeãt aux ſaincts decrets, concordats & priuileges de l'Egliſe Gallicane, Permettant en outre audict Legat, & auquel en ce cas nous auons permis & permettõs d'en pouuoir iouyr & vſer par tout noſtre Royaume, pays, terres, & ſeigneuries de noſtre obeiſſance. Suiuant le vouloir & intention de noſtredit ſainct pere, ſans permettre ne ſouffrir luy eſtre en ce faict, mis ou donné trouble ne empeſchement quelconque: Car tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Paris le ſeptieſme iour de Ianuier, l'an de grace mil cinq cens cinquante ſept, & de noſtre regne le xj. Ainſi ſigné par le Roy, Fizes. Et ſéellé de cire iaune ſur ſimple queuë. Auſquelles lettres eſtoit eſcrit ce qui enſuit.

Lecta, publicata, & regiſtrata, audito & requirente procuratore generali Regis ſub modificationibus in regiſtro curiæ contentis Pariſiis in parlamento vigeſima die Ianuarij, anno domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo. Signé, *Du Tillet.*

INDEX CVM SVMMARIIS OMnium *& ſingulorum quæ in his facultatum literis continentur, quorum ſeriem tibi monſtrat ciphariæ numerus ſuo quoque loco notatus.*

PRroœmium Pauli 4. ſummi Pōtificis 1
ad Reuerēdiſsimum Antonium Cardinalem Triuultium in regno Franciæ & aliis forenſibus prouinciis de de latere legatum. folio 2.

Legatus ad familiares & quaſcunque perſonas vndecunque ad ſe confluentes ſe poteſt reddere 2
gratioſum.

Facultas audiendi & committendi cauſas ma- 3
trimoniales & beneficiales, ac alias quaſcunque cauſas ad forum eccleſiaſticum pertinentes, tam primæ quàm ſecundæ & vlterioris inſtantiæ ac appellationum quarumcunque, à quibuſuis iudicibus, etiam ad Ro. Pontificem iniectarum.

Etiam ſummariè ſimpliciter &c.

Poteſtas citandi, inhibendi, ſequeſtrādi & exequendi, etiam per edictum publicum.

Sequeſtra iuxta formam concilij Viennenſis decernendi & apponendi per ſe vel alium.

Cauſas quaſcunq; etiam auctoritate apoſtoli- 4
ca delegatas quomodolibet pēdentes ad ſe euocandi & committendi.

Aduerſus quaſcunque ſententias etiam bene- 5
ficium reſtitutionis in integrū cōcedendi. fo. 3.

Tabelliones & notarios creandi. 6

Milites auratos, comitéſque palatinos & poëtas laureatos creandi.

7 A quocunque ſingularum quatuor facultatũ quaſcunque idoneas perſonas promouendi ſeu promoueri committendi.

Eiſdem ſic promotis vt aliorum priuilegiis vtantur indulgendi.

8 Ad duo curata & alia quæcunque beneficia &c.cum verè nobilibus aut graduatis diſpẽſandi.

Diſtantia beneficiorum dictæ diſpenſationis.

Ad quæcunq; duo beneficia ſub vno vel duobus tectis conſiſtentia.

Ad quæcunque duo beneficia regularia, etiam curata & electiua cum quibuſuis regularibus nõ mẽdicãtibus verè nobilibus aut graduatis. fo.4.

Quòd alterum ex regularibus beneficiis commendari ſolitis non ſit dignitas conuentualis aut officium clauſtrale.

9 Cum patientibus defectum natalium, etiam ſi nobiles vel graduati fuerint, vt ad oẽs etiã ſacros & presbyteratus ordines, dũmodo &c.promoueri poſsint, & quæcunq; beneficia eccleſiaſtica ſe inuicẽ cõpatiẽtia recipere poſsint, diſpẽſandi.

10 Cum patientibus defectũ ætatis (etiã regularibus) ſi graduati & in 24. ſuæ ætatis anno conſtituti: ſi verò ſeculares ad quodcunq; ſeculare curatum ſeu aliàs incõpatibile, & regulares ad regulare, etiam curatum & electum diſpenſandi.

11 Regularibus etiam mendicantibus, quodcunque curatum ſeculare, ſecularibus verò regulare commendari ſolitum commendandi.

12 Conſtituti in 17. ad ſubdiaconatum, in 19. ad diaconatum, & in 22. ſi regulares de ſuorum ſuperiorum licentia, & in 24. ſuarum ætatis annis ſi ſe-

ſi ſeculares, & ratione beneficiorum arctati fue-
rint, promoueri poſſunt.
A quocunque Antiſtite, etiam extra tempora 13
à iure ſtatuta, in dominicis vel feſtiuis diebus de
diœceſani licentia, &c.
Promoueri ad annum, nec ad quinquennium 14
fauore ſtudij non tenebuntur hi qui beneficia,
curata ſeu aliàs ſacros etiã presbyteratus ordi-
nes requirentia, dummodo infra primum bien-
nium ſint ſubdiaconi. fol. 5.
Cum diſpenſatis ad quinquennium, ad annum 15
tantùm illud prorogandi.
Cum coniunctis in 3. aut 4. vel 3. & 4. mix- 16
tim, etiam multiplici conſanguinitatis vel affi-
nitatis gradibus. Et quocunque publicæ ho-
neſtatis vel cognationis ſpiritualis impedimẽ-
to detentis, etiam ſi adulterium commiſerint,
de contrahendo matrimonio, ſeu quòd inter
ſe matrimonium contrahere poſsint diſpẽſandi.
Eos verò qui ſic coniuncti matrimoniũ inter 17
ſe ſcienter contraxerunt, & illud carnali copula
conſummarunt ſeparandi.
Ac eos à reatu inceſtus, & tam illos quàm a-
lios qui matrimonium ipſum non conſumma-
rint, ab exceſsibus, ſententiis, cenſuris & pœnis
quibuſcunque etiam temporalibus & pecunia-
riis abſolui, mandandi, cum commiſsione or-
dinarij, &c. qui eis iniungat pœnitentiam vt in
literis cõuertibilem pro modo culpæ, & copia fa
cultatum ſuarũ, & poſtmodum eos abſoluat, &c.
Cum eiſdem ſic abſolutis qui pœnitentiã per-
egerint, & ſeparatim vixerint, vt impedimento

huiuſmodi non obſtante,matrimonium inter ſe de nouo contrahere,illúdq; ſolenniſare,& in eo remanere poſsint cum decreto legitimæ prolis, ac commiſsione ordinarij,cuius cõſcientia oneratur,nulla per eum interueniente diſpenſandi.

Quòd nihil exigatur vel offeratur pro executione cõmiſsionis diſpenſationis matrimonialis.

Si quid per Ordinarium exactum fuerit, vel ſibi ſponte oblatum fuerit,nulla cenſetur talis diſpenſatio cum declaratione pœnæ Diſpenſatorum & Ordinariorum.

18 De fructibus beneficiorum citra quotidianas diſtributiones percipiendis in abſentia ad quinquennium tantùm fauore ſtudij diſpẽſandi. fo.6

Reſidere non tenebuntur beneficiati in ſuis beneficiis fauore ſtudij quinquennio durante, prouiſo tamen &c.

19 Altare portatile nobilibus aut graduatis vel presbyteris in forma quinterni cancellariæ.

Eiſdem vt cum illis miſſas circa diem &c. in eccleſiis,etiam interdictis,parcè tamen celebrare ſeu celebrari facere poſsint,Prouiſo &c.

Quibuſcunque perſonis ſecularibus, vt confeſſores eligere poſsint,indulgendi.

Mulieribus honeſtis, ſecularibus, cum aliis etiam honeſtis,vt quæcunque Monaſteria & domos Monialium cuiuſcunque obſeruantiæ bis, aut pluries in annis de licentia prçſidentium,dũmodo,&c. ingredi poſſunt.

20 Abſoluendi parochianos ab omnibus eorum peccatis ordinariis locorum,non autem ſedi apoſtolicæ reſeruatis.

Vota

Vota eorundem, etiam ſedi apoſtolicæ non reſeruata, commutandi. fol.7

Viſitandi ſepulchrum dominicum, & alia pia 21
loca terræ ſanctæ, per quoſcunque ſeculares & regulares, etiam mendicantes.

Comedendi butyrum & caſeum in quadra- 22
geſima & carnes in neceſsitate.

Iuramenta relaxandi. 23

A periurio abſoluendi.

Inhabilitatem & infamiam abolendi, & priſtinam famam reſtituendi.

Abſoluendi ab homicidio caſuali, & ab excō- 24
municationis vel aliis cēſuris quomodolibet incurſis quaſcunque perſonas in vtroque foro.

Super irregularitate diſpēſandi cū eis quilegati cenſuris miſſas & alia diuina officia celebrarunt.

Vt abſoluti ab homicidio huiuſmodi ad ordines promoueri, & quæcunque beneficia recipere, & ſi promoti, retinere poſsint diſpenſandi.

Vt malè promoti per ſaltum, vel furtiuè ad 25
ſacros ordines in illis miniſtrare, & in his non promoti, promoueri poſsint.

Simoniacos abſoluendi, & cū illis ſuper irre- 26
gularitate diſpenſandi, & omnem infamiam ab eis abolendi, & de nouo beneficia eis conferēdi.

Indulgendi eis qui contra extrauagantium c. 27
execrabilis beneficia incompatibilia retinent & poſsident, & fructus eorum percipiunt, & beneficia eis de nouo conferendi. folio 8.

Abſoluendi non promotos qui pacificè vltra annum à iure ſtatutum beneficia ſacerdotū requirentia poſſederūt, & ab eiſdē infamiā abolēdi

& eis de nouo beneficia ſic detenta cõferendi.

Abſoluendi quoſcunque qui manus violentas in clericos vel presbyteros iniecerunt.

28 Abſoluendi eos qui horas canonicas omiſerunt,& debito tempore non recitauerunt.

29 Apoſtatas cuiuſcunque ordinis ab omni irregularitate & excommunicatione abſoluendi.

Super quacunque irregularitate,præterquam homicidij voluntarij, aut bigamiæ,ad omnes etiam ſacros ordines,ac ad beneficia ſine cura cõpatibilia diſpenſandi.

Et ab illis infamiam abolendi.

30 In falſarios ſciſmaticos,hæreticos,vſurarios,raptores & alios quomodocunque flagitioſos homines inquirendi,& eos puniendi,nonobſtante appellatione,inuocato ad hoc(ſi opus fuerit)auxilio brachij ſecularis.

31 Illóſque flagitioſos reſipiſcentes & pœnitẽtes, nonautem hæreticos relapſos,ab eorum criminibus &exceſsibus,ac à ſententiis &c.abſoluẽdi.

32 Cũ vſurariis ſup incertis malè ablatis diſpẽſãdi.

Et cum eis diſpenſandi, ac eos ad honores, & citra tamen altaris miniſterium ordines, & beneficia reſtituendi, & ab eis inhabilitatem & infamiam abolendi.

33 Quaſcunque eccleſias & monaſteria, domos, vniuerſitates & collegia ac pia loca exempta viſitandi & reformandi.

34 Statuta quæcunq; & ordinationes eccleſiarũ, vniuerſitatum & ſtudiorum generalium,monaſteriorum,ordinum & conuentuum confirmãdi,& defectus ſupplendi.

Accolitos,capellanos,& notarios ſedis apoſto licæ creandi. 35

Teſtandi licentia pro ſecularibus & regularibus,dummodo,&c. 36

Conſeruatoriam ad vitā familiaribus tantùm concedendi. folio 10. 37

Reſignationes beneficiorū ſimpliciter vel ex cauſa permutationis admittendi. 38

De beneficiis ſic aut per obitum, aut aliàs extra Romanam curiam vacātibus, etiam ſi de iure patronatus laicorum exiſtant, prouidendi. 39

Dignitates,etiam maiores & principales,ac beneficia etiam regularia & manualia,perſonis idoneis quæcunque beneficia obtinentibus ſecularibus & regularibus conferendi.

Monaſteriis tam virorum quam mulierū quorumcūque ordinū in libris cameræ nō taxatis,aut 200.florenos auri de camera non excedentibus quomodolibet vacantibus de abbatis & abbatiſſis prouidendi. 40

Commendandi Monaſteria & beneficia cōmendari ſolita. 41

Diſſoluendi vniones, annexiones & incorporationes beneficiorum,ac illa ſic vacantia conferendi & commendandi. 42

Erigendi canonicatus & præbēdas aut dignitates &c.necnon oratoria cum certo decreto,ac bona pro eorum dote eis applicandi. folio.11. 43

Statuta & ordinationes condendi, facultatem concedendi. 44

Executionis teſtamentorum tempus prȩfixum prorogandi. 45

46 Concordias &omnes conuentiones,ac in eis contentæ confirmandi.
47 Canonicos ſupernumerarios creandi, ad affe-ctum obtinendi dignitates &c.
48 Sententias executorias exequendi.
Et in eis procedendi vſq; ad verã paritionẽ.
49 Vacationis modum verum & vltum pro expreſſo habendi.
50 Penſiones annuas ſuper fructibus beneficiorum,dummo do medietatem non excedant, reſignantibus vel cedentibus, aut etiam aliis & ad ſucceſſores reſeruandi & aſsignandi.
Regreſſus ſeu acceſſus ad beneficia ceſſa & reſignata, ſeu permutata ob non ſolutionem penſionis,aut illius inualidam aſsignationem.
Penſiones illas caſſandi & extinguendi,ac in alios transferendi.
Literæ quoad penſiones huiuſmodi tranſlatas ſeu transferendas habeantur pro intimatis.
51 Abſoluendi ad effectum quaſcunq; perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti,aliiſq; eccleſiaſticis ſentẽtiis &c. fo.12.
52 Clauſula necnon omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica &c. pro expreſsis habentes in omnibus gratiis,nõ autẽ prouiſionibus & cõmẽdis beneficiorum per obitum vacantium apponitur.
Subrepticiæ aut nullæ non ſunt literæ in quibus obtenta beneficia non opprimuntur.
53 Quaſcunque gratias,expectatiuas,ſpeciales reſeruationes,vniones,annexiones,incorporationes & nominationes ſuſpendendi.
54 Indulgentias ſeptem annorũ bis in anno con-

cedendi.

Locationes ſeu alienationes rerum eccleſiaſti- 55
carum per perſonas etiam familiares ſiue lega-
tionis tantùm in euidentem eccleſiarum vtilita-
tem fieri permittendi.

Transferēdi quaſcunque perſonas regulares 56
ad alium parem vel ſtrictiorem ordinem fo.13.

Fundandi & dotandi eccleſias & monaſte- 57
ria, reſeruato iure patronatus, & præſentandi.

Locationes & alienationes bonorum immo- 58
bilium eccleſiæ in ipſius vtilitatem factas con-
firmandi

Iuri patronatus laicorum ad effectum pro me- 59
dietate & aliàs in totum derogandi.

Omnia quæ maior Pœnitentiarius facere, mā- 60
dare, ordinare & decernere poteſt faciendi, mā-
dandi, ordinandi, & decernendi.

Legatus vbicunque ſe receperit, poteſt ſua vti 61
legatione.

Obſtantiæ conciliorum & aliarum apoſtoli- 62
carum conſtitutionum.

Statutis eccleſiarum, monaſteriorum, vniuer- 63
ſitatum, ac collegiorum, ac quibuſuis aliis priui-
legiis & indultis generalibꝰ vel ſpecialibus quo-
rumcunque, etiam Ciſtercienſis & Cluniacenſis
ordinum derogandi. folio. 14.

Omnibus Conciliis & conſtitutionibus apo- 64
ſtolicis & aliis quibuſcunque contrariis, etiam
derogandi.

Cauſulæ generales. 65

De fide adhibenda transſumptis literarum hu- 66
ius legationis, etiam impreſsis, ſicut originali ad-
hibenda.

FINIS.

EXTRAICT DV priuilege.

LA Court a permis & permet à Iean Caniuet Liuraire, demeurant en ceſte ville de Paris, d'imprimer ou faire imprimer les Facultez & priuileges, donnez par le ſainct ſiege Apoſtolique au Cardinal A. Triuulce, & confirmez par le Roy & ſadicte Court de Parlement, & defend treſexpreſſement à tous Libraires, Imprimeurs & autres, de n'imprimer, vẽdre ne diſtribuer leſdictes facultez, ſur peine de confiſcation de ce qui ſera trouué auoir eſté imprimé, vendu ou diſtribué, & d'amende arbitraire, comme plus amplement eſt contenu en ſes lettres de priuilege.